S. P.

XIX

Ne quà plebejus Regalia tecta subintret,
Persica lex veteri relligione docet;
Ni prius interior quis Laticlavius aulâ
Commentârit eum de meliore notâ.
En à Gruniacis paulùm digressus Athenis
PRINCIPIS AURIACI gestio adire fores;
Ut patrocinium modò nactus Apollinis, arâ
Praesentis Heroum metra pusilla litem.
Sed quisnam Musis longo digrimine fessis
Suppetias dextrâ non remorante feret?
Maxime MECENAS, Flos illibate Batavûm,
Nobilis AURAICÆ Consul supreme domûs;
Ad te confugio, supplex tua Numina posco,
Anchora sis lacera sacra Pharosque rati;
Quò praetervectus Scyllam tristemque Charybdin
Incipiam portûs commoditate frui.
Non tibi difficili pectus solidatur ahено,
Ut nostrâ minimè commoveâre prece.
Nectareo irrorant tua corda liquore Camoenae,
Ambrosioque fovet Gratia terna sinu;
A quibus in faciles transit clementia mores,
A quibus in Doctos gratior esse soles.
Hinc tibi sit proclive DUCIS conflare favorem,
Hollandis latè qui dominatur aquis.

ferre, qui animum meum erga proximum, ad pacificam, aequam, et utrique parti honorificam transactionem, natura, et consuetudine proclivem, etiam proximi reddere sint conati. Parui lubentissimi; et hinc adversario, aequas satis conditionis ob[...]tuli: quas si despexerit; tunc certus erit, sicutque, mi Domine, in Epistolio, huic annexo, con[...]tentam, mei defendendi causâ, ~~cum~~ dubij circumstantijs, expositarum, Apologiaeque publi[...]cae, omnibus ad iudicandum propositarum. Nec deerunt mihi ex Inclytae Nationis meae Dominis Popularibus, qui Lubentis gratiam faciant quod, ad mei tutelam pertinebit. Caeterum

Celtiber ut patriam vastavit Teutonis oram,
Exul ad externos cogor adire focos:
Et licet Aonias sector comes usq; sorores,
Non mihi fert Phoebus, nec bona Pallas opem.
Non curat Groninga hederas, Omlandia nescit,
Pierij princeps squalet Apollo chori!
Rudolphi Agricolæ cantata encomia vilent,
Wesselus Mundi Lux adoperta perit.
Parvula Palladios Doctores Pallia velant,
Aurea libertas marcet, & Artis honos.
O secla! ah vereor, ne Phoebi corruat axis!
Pegasidumq; cadat semisepulta domus!
Cura Ducum Regumq; vigil fuit enthea Vatum
Pieris, in prisco qui viguere choro:
Majestas veneranda fuit, nomenq; Poëtis
Nobile, & Attalicæ sæpe dabantur opes.
Choerilus acceptos, regale numisma, Philippos
Pro malè tornato carmine ritè tulit.
Ennius emeruit Calabris in montibus hortos
Contiguè positos, Scipio Magne, tibi.
Andino applaudit Vati resonante theatro,
Ac velut Augustum turba Quirina colit.
Et Mæcenatem non rarò expertus amicum
Romana Fidicen fert bona dona lyræ.
Nunc laurus sine laude jacet, nunc spreta per urbes
Inviso teritur Calliopeja pede.

Astrea Palustris ...
Cui Musas nullo non in hono...
Scandere præcelsos timuit mea M...
Ni vestro aspicio concomitata...
Hanc igitur placidus placido, pr...
Auxiliumq; refer Gratia ad...
O si me recreet meliori lumine...
Si Mæcenatis blandior aura...
Donarem pateras & culta toreu...
Donarem Aonijs marmora f...
Est heu! nec leto mihi ridet a...
Nec mihi perfacilem præbet...
Sed desint vires & nostris v...
Nulli prona tamen mens r...
Hæc aget, ut pauper veniam...
Et placeant Charitum p...
Majores majora sonent, mihi p...
Sufficit in vestrum plectra...

V. V.

© British Library
Add MS 22953, f. 223-224
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0508

Patriam vastavit Teutonis oram,
Exul ad externos cogor adire focos:
Aonias sed per comes usq sorores,
Non mihi fert Phoebus, nec bona Pallas opem.
at Groninga hederas, Omlandia nescit,
Pierij princeps squalet Apollo chori!
i Agricola cantata encomia vilent;
Wesselus Mundi Lux adoperta perit.
Palladios Doctores Pallia velant!
Aurea libertas marcet, & Artis honos.
ah vereor, ne Phoebi corruat axis!
Pegasidumq́ cadat semisepulta domus!..
cum Regumq́ vigil fuit enthea Vatum
Pieris, in prisco qui viguere choro:
veneranda fuit, nomenq́ Poëtis
Nobile, & Attalica sæpe dabant opes.
acceptos, regale numisma, Philippos
Pro malè tornato carmine ritè tulit.
meruit Calabris in montib9 hortos
Contiguè positos, Scipio Magne, tibi.
applaudit Vati resonante theatro,
te velut Augustum turba Quirina colit.
enatem non rarò expertg amicum
Romana Fidicen fert bona dona Lyræ.
aurus sine laude jacet, nunc spreta per urbes
Inviso teritur Calliopeja pede.

Astrææ Praelustris Honos, Vir maxime Divûm,
Cui Musas nullo non in honore locas:
Scandere praecelsos timuit mea Musa Penates,
Ni vestro auspicio concomitata foret:
Hanc igitur placidus placido, precor, excipe vultû;
Auxit eiq́ rectae Gratia ad usq forum.
O si me recreet meliori lumine Phoebus!
Si Mecenatis blandior aura beet!
Donarem pateras & culta toreumata Divis,
Donarem Ionijs marmora sculpta notis.
Ast heu! nec læto mihi ridet adorea vultu,
Nec mihi perfacilem praebet Apollo manum.
Sed desint vires & nostris vena Camoenis,
Nulli prona tamen mens reprobanda mea e.
Haec aget, ut pauper veniam quoq gratus ad aras,
Et placeant Charitum parvula dona Dijs.
Majores majora ferent, mihi parva locuto
Sufficit in vestrum plectra movere decus.

V. V. E. E.

humillimus Cliens
Joh: Nic: Seccius
Cruceraco-Palatinus.

Ass. M.S.
Nº 98.

Fatêre, qui animum meum erga bonum, ad pacificam,
aequam, & utriusq parti honorificam transactionem,
naturâ, & consuetudine proclivem, etiam pervio[illegible]
reddere sint conati. Parui lubentissime; &
hinc adversario, aequas satis conditionis ob-
tuli: quas si respexerit; tunc certus erit,
fictis, me [illegible], in Epistolio, huic annexo, con-
tentum, mei defendendi causâ, [illegible] [illegible]
circumstantijs, expositarum, Apologiaeq publi-
co, omnibus ad iudicandum propositarum.
Nec deerunt mihi ex Inclytae Nationis
meae Dnis popularibus, q [illegible] gratia faciant
quod, ad mei tutelam pertinebit. Caeterum

© British Library
Add MS 22953, f. 223-224
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0508

Perilluſtri ac Excellentiſs.o
Dn. Dn. CONSTANTINO HU-
GENIO, Zulichemij Toparchæ,
Sereniſsimo PRINCIPI AURAICO
à conſilijs & ſecretis,
Mecenati ſuo ampliſsimo,

Hagam Comitis.

BRITISH MUSEUM

© British Library
Add MS 22953, f. 223-224
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0508